

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Godefridus Thelen.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

bus non poterat impetrare, ibi voti Indiæ adeundæ compos effectus est. Ambo in ea quam Goâ Amboinum instuerant nauigatione; à Iauensibus, Christi ac Lusitanorum hostibus, vñ occisi sunt, cùm Christianos in nau expiarent.

Fides.

P. Godefridus Thelen.

Per iter à Carbani oppidi hæreticis captus, illusus, percussus, tanquam bellorum & Papisticæ idolatriæ (vt illi loquuntur) seminator, ac tandem glande plumbeâ in pectus explosâ traiectus, cecidit in genua, & sublatis ad Deum manibus atque oculis; *Domine,* inquit, *exaudi orationem meā;* *& non intres in iudicium cum serno tuo.* Tum in capite, ac reliquo corpore contusus,

German⁹.
ad Rhenum.
25. Sept.
1620.
et. 32.
Soc. 8.

Fides.

N 2 sau-

Mors.

sauciusque occubuit. In
 cadauere sex inuenta vulne-
 ra ampliora. Cilicum, fla-
 gellum, cereum Dei agnum,
 reliquias (quæ secum per
 iter ferebat) in ignem abie-
 cère. In loco cædis postea
 anno 1625. Carbensis Gu-
 bernator facellum S. Crucis
 erexit, & omnem cæsi P. Go-
 defridi tragædiam istic de-
 pingi curauit. Hanc mortem
 sic obitam hæc vitæ ratio
 præcessit. Sacerdotio extre-
 mo vitæ anno initiatus, offi-
 cium diuinum cum otio, &
 meditatè recitabat. Quoti-
 die coronam Deiparæ tertio
 euoluebat, attentè atq[ue] u[er]o
 flagranter; & SS. Euchari stix
 Sacramento adorando post
 prandium quartam horæpar-
 tem dabat. Ad eandem
 percipiendā synaxim etiam

no-

B. V.

Euch.

noctu se parabat, somni
 parte decerptâ, & Angelo Mortif.
 Custode rogato, vt citius
 excitaretur; ad hæc, sui ver-
 beratione præmissâ. Post
 diuinum epulum, vni sacri-
 ficio religiosè intererat. Si
 quis eius nominis ignarus
 de illo quidpiam loqui vel-
 let: Ille, aiebat, ille Pater
 qui tam frequenter ac feruen-
 ter orare consuevit. Ludoui-
 ci de Ponte operibus lecti-
 tandis pietatis suæ ignicu-
 los fouebat; S. Vrsulæ quo-
 que colendæ, ac visendis
 eius altaribus, vbi id posset,
 addictus. Cilicum illi per-
 familiare, in scholis etiam,,
 ac in summo æstu. Christi
 patientis, & Beatissimæ Virg. B.V.
 Matris honori atque amori
 feriâ sextâ à vino, à cœnâ
 Sabbato, abstinebat.

*Lection spir-
ritus.*

N 3 P.P.